regendis populis praefeceras ad eorum societatem
et operis adiumentum sequentis ordinis ui
ros sēe concede quos dignitatis elegeris;
Sic in heremo per lxx uirorum prudentium men
tis moysi spiritum propagasti quibus ille adiuto
ribus usus in populo innumeras multitudines
facile gubernauit. Sic et eleazaro et itha
mar filiis aaron paternae plenitudinis abun
dantiam transfudisti ut ad hostias saluta
ris et frequentiores officiis sacramentum ad suf
ficerent meritum sacerdotum. Ac prouidentia domine
et apostolis filii tui doctoris fidei comites ad
didisti quibus illi orbem totum secundis praedica
toribus impleuerunt. Quapropter infirmitati
quoque nostrae domine quaesumus haec adiumenta largire quia
quanto magis fragiliores sumus tanto his plu
ribus indigemus. Da quaesumus omnipotens pater in hoc famulo
tuo ill. presbyteri dignitatem. Innoua in uisceribus eius
spiritum sanctitatis ut acceptum a te deus secundi meriti